

PANICVS
TVMVLTVS,
REBVS IN BELGIO
PACATIS, AC MIRE
tranquillis, quorundam im-
probitate iniectus:

*Auctore F. Petro Bacherio Gandensi,
Sacræ Theologie Licentiato.*



ANTVERPIAE.
Ex officina Christophori Plantini.
M. D. LXVIII.

PRÆCLARISSIMIS,
PRUDENTISSLIMISQVE
VIRIS ADRIANO BLYENBURCHIO
PRAETORI, ARNOLDO CORNELIO
váder Mylen, Balduino Guilhelmo vā Drync-
waert, Consulibus, totique Senatus ordini in-
clytæ Reipub. Dordracensis, Petrus Bacherius
S. D.

DE CIVILI INTESTINA-
que discordia, quæ anno superio-
re totum hoc nostrum Belgium
concussit, variæ opinions, variæ
fuerunt sententiaz. Alius in astro-
rum, ac cælestium ignium vim oc-
cultam, alias in dynastarum ac procerum inter se
(quæ hoc tempore summa fuit & incredibilis) cō-
tentionem, non nemo in sectariorum improbam,
magis magisque indies gliscentem audaciam, cul-
pam conferebat. Nec deerant qui ob anquisitio-
nem Hispanicam, quam à Pontificiis, aut (vt vo-
cant) à Papistis huic patriæ cōfici fabricariq; autu-
mabant, natum crederent incendium. Hinc sedi-
tiosi & immanes rumores (vt ferè usu venire solet,
vbi suspicionibus plus æquo indulgent morta-
lium animi) sed qui plerique vani erant, in vulgus
spargebantur.

Trahebantur verò in suspicionem, ac tantum
non in compitis omnibus, & tonstrinis nomina-
tim traducebantur quotquot erant syncero pecto-
re Christiani;imo (quæ hæc inuidia est?) non caput
exere

PANICVS TVMVLTVS,
REBV S IN BELGIO TRANQVIL-
LIS AC MIRE PACATIS, QVORVN DAM
improbitate iniectus, auctore F. Petro
Bacherio Gandensi Sacrae Theo-
logiae Licentiato.



V G G E R E *Musa tuo noua car-* Inuocatio.
mina, suggerere vati,
Prælia dicturo letis caritura triū-
phis.
Depulsos referam Diuos, orbataq; Narratio.
signis

Templa suis, ac multatos populatibus agros
Belgarum. Que tanta animos incendit Erinnys?
Proh superi patrios sic incestare penates
Civili bello? Tanti primordia motus
Præcones peperere noui dum pectora cæcis
Inflammant odiis? Quid enim nisi trita volebant
Signa Deum & statuas? Populus quoque deuius
æqui

Prebuit his aurem cuculis, & pectora dictis
Incantanda nouis, rerumque poposcit habendas
Ocyus, & fasces. quin iura, fidemque, Deosque
Fas sibi mutandi, Patrum consulta priorum
In dextranunc esse sua, simul ore fremebant.
Tum pauitare noui Patres noua semina belli,
Belgarumq; Duces primi, arcanusque Senatus

Vulgus Belgic-
cum noui do-
gmatiſ buccinato-
ribus au-
res adhibens a-
narchiæ medi-
tatur.